



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**VRBIS|| HIEROSOLIMÆ|| QVEMADMODVM EA CHRISTI||
tempore floruit, & suburbanorum eius brevis.||
descriptio.||**

**Adrichem, Christiaan van
Coloniae Agrippinae, 1585**

VD16 A 298

Mons Sion.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64394)

LOCI INTRA
VRBEM.

PRIMA PARS VRBIS

2.

Psal. 2. b. 25

a.

Ioel. 2. a. 3.

d. Ioseph. 6.

bell. 6. & 15

antiq. 14.

Nicep. 8. hi-

stor. Ecc. 30.

Brocard. iti-

ner. 6. b.

Salign. tom

6. cap. 6.

Isai. 14. g.

Basi. Herol.

bell. sacri cō-

tin. lib. 1.

ca. 8.

2. Re. 5. b. 1.

Paral. 11. b.

15. a.



MONS SION,
qui alias MONS
DOMINI, item
& MONS SAN-
CTVS dicitur, ce-
teris mōtib; mul-
tò est excellior, &

in prolixitate directior: in modum
theatri forma semicirculi urbem toto
australi tractu ambiēs. ac veluti specu-
la in eminenti, solida, & prærupta vn-
diq; rupe Diuinitus fundatus, plani-
ciem habebat oppidi instar: amœnus-
que existens valdè, cæli excellentiam
& delicias repræsentabat. Cuius ver-
ticem primò Iebusæi valida arce, am-
bitum verò eius firmis altisq; muris,
portis & turribus munierunt. Quos
cùm Dauid rex expulissent, arcem
& cir-

MONS SION.

13

& circumquaque muros, portas, ac turres multo munitiores reddidit, monitisque planiciem intrinsecus in plateas & vicos distinxit, atque inibi sibi ac suis heroibus fortibus domos ædificauit, vocauitque CIVITATEM DAVID. Quæ etiam à Iosepho CIVITAS SUPERIOR, & PARS SACRA appellatur.

Eundem montem Machabæi per circuitum reædificantes, solidis muris ac turribus altissimis munitissimum fecerunt: ita ut vi nunquam, sola verò fame capi poterat. ubi & multæ angustæ viæ, & frequentes ciuium ædes positæ erant. De monte hoc iuxta Prophetarum oracula lex ac lux Euangelicæ veritatis exiuit, & velut ab ipso capite, in omnium gentium salutem, per totum Mundi corpus effusa est. Quem cum Romani Dei nutu (seditiosis subitaneo quodam timore hinc inde à muro diffugientibus, & in cloacis se occultantibus) præter spem & sine sanguine cepissent, in angustias viarum strictis gladijs fusi, vnumquemque obuium, nullo habito discrimi-

Psal. 47. b.

86. a.

Ioseph. 6. bell.

6. & 1. bel. 1

1. Mac. 4. g.

Ioseph. 7. bel.

15. & 16.

Isai. 2. a.

Mich. 4. a.

Isai. 49. b.

Luc. 2. e.

Act. 13. g.

Ioseph. 7.

bell. 16.

ne,

ne, trucidabant, domosque totas, cum omnibus qui eò confugerant, igne admoto concremabant, multas verò vastates domos quas præde causa penetrassent, integras mortuorum familias, & plena (quos fames consumpserat) mortuis tecta offendebant, terribilem autem aspectum illum abhorrentes, vacuis manibus egrediebantur, ac rursus obvios quosque transfigendo, & angusta viarum cadaueribus obstruendo, totam civitatem sanguine diluebant, quæ (Iosepho teste) cruore adeò fluebat, ut pleraque incensorum, cædium largifimus sanguis extingueret. Porro ingruens nox cedes quidem minuit, incendium verò auxit. Postero autem die Titus intrò ingressus, & alia, & civitatis munitiones ac turrium cautes miratus est, quasi tyranni per dementiam spontè deseruerant. Conspicua denique solida earum altitudine, itemque magnitudine subtilisque singulorum lapidum compagine, quantumque paterent vel quantum erigerentur, Deo, inquit, planè ad iuvante pugnavimus, & Deus era-
qu

MONS SION.

45

qui detraxit ab istis munimentis Iudæos. Nam quæ hominum manus, aut quæ machine aduersus istas valerent? multaque eiusmodi cum amicis collocutus est.

Ceterum postea mons iste vrbe licet exclusus, iterum edificijs ornatus, & inhabitatus fuit. Nunc autem extra urbem eorum ruinis plenus, pro maiori parte incultus iacet.

LOCI MONTIS

Sion.

3.

ARX SION, antiqua & munita, in vertice montis Sion condita, & instar coronæ eum cingens, tutum erat **PRAESIDIUM** pro decore & defensione ciuitatis & templi: ac quasi tantæ urbis Capitolium. In hac prius habitauerunt Iebusæi. Quos David 4. Re. 13. b. eiciens

H

4. Re. 13. b.